



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXXII. Markgraf Heinrich von Brandenburg giebt seinen Consens dazu,
daß König Heinrich, wie früher König Albrecht, zum Besten des Grafen
Berthold von Henneberg, dem Schlosse und der Stadt Wasungen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

de) Alvensleue, Ecberto dicto Romelow, Nicolao de Buck, Droysecone, militibus et pluribus Viris aliis fide dignis. Anno Dominicae Incarnationis MCCCX^o., Pridie Junii, Indictione tertia.

Nach dem Abdrucke in den Acta Boruffic. III, 539—545, mit Correctur der augenscheinlichen Fehler, wie Lanotsbergensis statt Landsbergensis, notiam statt noticiam, rata perveniant statt rata permaneant, nimirum statt videlicet u. dgl. In der Reihe der Zeugen ist die eingeklammerte Stelle, als höchst wahrscheinlich ausgelassen, zugesetzt und sind die Namen Alversleue in Alvensleue, Goberto dicto Romelow in Ecberto dicto Romelo corrigirt. Zwischen Pridie und Junii ist vermuthlich Kal. ausgelassen.

CCCLXXI. Bernhard von Ploetz und Friedrich von Alvensleben beurkunden, einen Theil der Summe, wofür der Deutsche Orden Pomerellen erkaufte, richtig empfangen zu haben, den
13. Juni 1310.

Nos Bernhardus de Ploetz, Fridericus de Alvensleue, milites, ad noticiam uniuersorum — cupimus deuenire, Quod nos anno Domini millesimo CCC. decimo, idibus Junii, de marcis decem milibus Brandenburgensis argenti et ponderis, quibus religiosi et honesti viri, videlicet frater Sifridus de Vuchtewang, hospitalis s. Marie Jherosolimitani Theutonici magister generalis, ac fratres ceteri ejusdem sacre professionis in Prusia, obligati fuerant inclito domino Woldemaro, Brandenburgensi, Lufacie ac Landisbergensi marchioni, ratione partis terre Pomeranie, ab eisdem rite et rationabiliter empte, marcas quinquies mille ejusdem argenti et ponderis ex parte dictorum dominorum Marchionum a predictis magistro et fratribus in Stolp recepinus — . Cujus medietatem pecunie in usus prefati domini Johannis, alteram vero in domini Woldemari usus esse conuersam et nos ipsam ex eorundum certa scientia recepisse, presentibus publice protestamur. In cujus etc. Datum et actum in Stolp, anno Domini et die superius annotatis.

Aus dem ungedruckten Theile des Dreger'schen Codex. — Wehbrück's Nachr. v. Alvensleben I, 152.

CCCLXXII. Markgraf Heinrich von Brandenburg giebt seinen Consens dazu, daß König Heinrich, wie früher König Albrecht, zum Besten des Grafen Berthold von Henneberg, dem Schlosse und der Stadt Wasungen die Rechte und Freiheiten der Reichsstadt Schweinfurt beilegt, am 18. Juni 1310.

Nos Henricus, dei gracia Brandenburgensis et Landisbergensis marchio, recognoscimus, quod quia serenissimus dominus noster, dominus Albertus, quondam Romanorum rex, propter fidelia, vtilia et fructuosa seruicia, per nobilem virum, Bertholdum comitem de Henneberg, sibi ac imperio impensa, et in posterum impendenda, hanc sibi fecit gratiam specialem, quod castrum et opidum Wasungen omnibus libertatibus, iuribus

et iudiciis, que opidum Swinfurte, imperio atinens, actenus habuisse dinoscitur, perfrui debeant et gaudere, nos huic gracie, per dictum dominum nostrum, dominum Albertum regem, predicto comiti facte, et per serenissimum dominum nostrum, dominum Henricum, nunc Romanorum regem, innouate et confirmate, juxta tenorem litterarum eorundem dominorum nostrorum regum super eo traditarum, presentibus consentimus. In cuius rei testimonium et robur sigillo nostro presens scriptum iussimus consignari. Datum Sangerhufen, anno domini M^o. CCC^o. X^o. XIII. kalend. iulii.

Nach Schöppach, Henneb. Urkundenb. S. 46. Nr. LXXVII.

CCCLXXIII. Des Markgrafen Heinrich von Brandenburg Consens zu der dem Grafen Berthold von Henneberg ertheilten Bestätigung über das Bergwerksprivilegium König Friedrichs II., vom 18. Juni 1310.

Nos Heynricus, dei gracia Brandenburgensis et Landesbergenfis marchio, recognoscimus, quod nos collacioni, per serenissimum dominum nostrum, dominum Fridericum, quondam Romanorum regem, nobili viro Bopponi quondam comiti de Henneberg, et omnibus suis successoribus, propter fidelia, vtilia et fructuosa seruicia, que idem comes imperio impendit, et sui successores impendere poterunt in futuro, super argentifodinis et omnibus operibus metallorum et salinarum in suis districtibus repertis et in posterum rependiendis facte, necnon per serenissimum dominum nostrum, dominum Henricum, nunc Romanorum regem, innouate et confirmate, juxta tenorem litterarum eorundem dominorum nostrorum regum super eo traditarum, presentibus consentimus. In cuius rei testimonium et robur sigillo nostro presens scriptum iussimus consignari. Datum Sangerhufen anno domini M^o. CCC^o. X^o. XIII. kalend. iulii.

Nach Schöppach, Henneb. Urkundenb. S. 44. Nr. LXIX.

CCCLXXIV. Markgraf Heinrich von Brandenburg genehmigt, daß Kaiser Heinrich die Stadt Schweinfurth dem Grafen Berthold von Henneberg verpfände, am 28. Juni 1310.

Nos Heinricus, Dei gratia Brandenburgensis et Landsbergenfis Marchio, recognoscimus publice per presentes, quod obligationi Oppidi Swinfurthe, cum omnibus suis pertinenciis, quod Oppidum Imperii esse dinoscitur, per Serenissimum dominum Henricum, Romanorum Regem facte nobili viro Bertholdo Comiti de Henneberg pro duobus millibus marcarum puri argenti, prout in litteris ipsius Domini Henrici Regis eidem Comiti extraditis continetur, propter grata, fidelia et fructuosa seruicia, que idem comes tam predicto Domino nostro Regi, quam predecessori suo et ipsi Imperio impendit, presentibus